



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Petrus Nolascus. Liberalitas erga captivos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. PETRUS NOLASCUS.

Liberalitas erga captivos.

Deus, qui in tuæ caritatis exemplum,
ad fidelium redemptionem, S. PE-
TRVM NOLASCVM induxisti, ipsius in-
tercessione concede, à peccati servi-
tute solutis, perpetua in cælis libertate
gaudere.

Ora pro Ordine de Mercede red. capt.

☩

XXXI JANUARIJ.

PETRVS NOIASCVS, prope Carcaffonam
 in Occitania nobiliter natus; mox
 mortuo patre sui juris fuit, agnita rerum
 humanarum vanitate, ex commiseratione
 erga Christianos Mauris mancipatos, in eor-
 um liberationem se suaq; omnia decrevit
 impendere: & spretis quæ offeriebantur na-
 ptis, perpetuæ castitatis voto se obstrin-
 xit. Barcinonem ergo transiit, ibique socios
 aliquot collegit, secum eam in rem eleemo-
 synas collecturos. Id cum quotannis fieret
 ipsi, ac Regi Aragoniæ Jacobo, & utriusque
 Confessario S. Raymundo de Peñasforti
 Deipara virgo apparuit, declarans se ve-
 llet institui Ordinem novum de Mercede
 redemptionis captivorum, sub speciali vo-
 canendi ea de causa pignus sub potestate
 Paganorum, quando opus foret. Visa
 sua inter se mox conferunt, remque aggre-
 diuntur, quam Gregorius IX anno 1231
 confirmavit. Reliquam vitam impende-
 re pro operi isti PETRVS, Valentia denique
 diem extremum obiit 1256 in nocte Na-
 talis Domini; sed ab Alexandro VII hoc
 coli iussus est.

*De necessitate eripuit ... sedentes in te-
 bris & umbra mortis, vinctos in mendicantibus
 & ferro. Ps. 106.*